

ac proinde minor non potest tunc suscipere iudicium pro suo fideiussore, quia non est defensor necessarius: secus si minor esset defensor necessarius, nempe quando sibi non competeret restitutio contra fideiussorem, ut ibi cum aliis probat Duen. & nos idem sequuntur explicatimus ubi supra, sub num. 16. Et cum his remanent explicatae satis praefatae duae quaestiones principales de censibus & fideiussoribus in materia dictae. *autem, hoc nisi, cum simili.*

70 Ex praecedentibus modo deduci potest optima resolutio alterius consimilis quaestioni, quae in praxi etiam frequens est. an scilicet beneficium c. Odoardus, de solut. cum similibus clericis concessum, de quo late egimus in nostra ista, de iuram. confirmat. cap. 17. per totum, pro fit fideiussoribus clericorum illo beneficio gaudentium? Magis enim est, ut ipsis non proficit ex supradictis, cum beneficium illud sit personalissimum, & in honorem ordinis clericalis: quo uti possunt ipsi clerici etiam aduersus suos fideiussores, sicut exactos, ac proinde uti non poterunt aduersus creditores conuenientes in iudicio praefato suos fideiussores, cautela tex. in dist. §. generaliter, de qua supra, suscipiendo in se iudicium pro ipsis fideiussoribus in rem propriam, cum dici non possint necessarii defensores, ex quo etiam contra fideiussores

71 uti possunt praefato beneficio. Hinc fit, ut in index ecclesiasticus, coram quo vertitur causa clerici qui pro se deduxit praefatum beneficium cap. Odoardus, in iudicio minime possit inhibere iudicem secularem coram quo conueniuntur fideiussores: quod si clericus debitor vratur quoque beneficio dictae. *autem, hoc nisi, cum similibus, nec tunc etiam proderit eius fideiussoribus, nisi volentibus creditoribus, ut supra resolutimus generaliter in laicis debitoribus, fideiussorem etiam clericum coram iudice laico conueniendum esse, quando non sumus in exceptionibus realibus vel mixtis sed in mere personalibus ex l. exceptiones, 2. ubi Castrensis, ff. de fideiuss. gl. in l. exceptiones, C. eodem, probat Octavianus Vulpell. de libert. ecclesiast. pag. 32. nu. 28. allegans in specie proposita Visilad. de despon. Neapol. l. 2. c. 6. Ad idem praefatus Octavia, quod possit clericus principalis, ut defensor necessarius comparari, & allegare exceptiones etiam competentes ex persona sua, ut ex Aretn. in l. 3. de except. circa fin. & Ro. Placent. in praxi iudiciaria lib. 3. tit. de except. quareo competet, an etiam fideiussori competat: Hoc tamen verum intelligo iuxta resolutionem praecedentem, de qua supra, num. 67. cum sequentibus.*

FINIS.



DN. JOANNIS.
GUTIERREZ IVRISCONSULTI
HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI
DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIAE
CIVITATENSIS.

Practicarum Quaestionum circa leges Regias Hispaniae, Secundae Partis
Novae Collectionis Regiae,

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIA.

- 1 Lex 49. Taur. hodie l. 1. tit. 1. lib. 5. Nouae Collect. Regiae, an sit valida & in iudicio practicanda? discutitur late per totam quaestionem: & num. 13 & sequ. resolutur affirmatiue.
- 2 Filia ante 23. sua aetate annum nubens sine licentia & consensu patris, de iure canonico (quicquid sit de civili) non potest ab hoc exheredari.
- 3 Filia de iure canonico potest libere nubere sine licentia & consensu patris.
- 4 Pater tenetur dotare filiam nubentem sine consensu patris, etiamsi ipsa dotem non promiserit.
- 5 An hoc procedat quando filia nupsit indigno referuntur opiniones contrariae, & aequae concordantur cum distinctione.
- 6 Rex Princeps vel index secularis non potest aliquid disponere vel statuere circa spiritualia.
- 7 Status priuatus filios successione parentum, eo quod contrahant matrimonium sine licentia patris non valet.
- 8 L. 4. tit. 1. lib. 5. Ordin. veter. esse sublatam iure canonico, & nu. 30.
- 9 L. 10. tit. 1. p. 4. est correctio iure canonico, nu. 30.
- 10 Poena rigida l. fin. tit. 3. p. 4. non valet, & si valet, non est in usu, ut in num. 31.
- 11 Pater iure civili antequam attento poterat exheredare filium ducentem uxorem ignominiosam sine consensu eiusdem patris.
- 12 Hoc est hodie correctum iure communi, Canonico & Regio.
- 13 Lex civilis non se intromittens, nec aliquid determinans super substantia matrimonii vel super spiritualibus, sed tantum procedit adiudicando, declarando, & ampliando ipsius ius canonicum ad plenioris eius obseruantiam, in his que sunt prohibita & punita, de iure canonico potest licite disponere.
- 14 Inferior potest addere poenam prohibitioni & legi superioris, & si contra ipsius legem statuere non possit.
- 15 Lex secularis in quacunque responsione, etiamsi mentionem clericorum faciat si iusta sit & honesta & canonicis non contraria, seruari debet, quia ab ipsis Romanis Pontificibus videtur recepta.
- 16 Leges civiles punientes hereticos poena mortis, genere.
- 17 Leges canonicas non contrarias in materia matrimoniali sunt seruanda.
- 18 Princeps licet non possit statuere contra l. diuinam,

illam tamen potest distinguere, limitare, & declarare.

- 19 Licetum est alteri occidere pro nostra defensione, etiam in foro conscientiae, ut in nu. 20.
- 21 Sacerdos si dicit celebrat, ab alio inuaditur, poterit statim ad sui defensionem occidere inuadentem & redire ad celebrationem.
- 22 Maritus occidens adulterum propria auctoritate, licet permissione legis, peccat mortaliter.
- 23 Maritus occidens adulterum sibi traditum auctoritate iudicis, causa in iudicio legitime v. n. lata, sine in praesentia, sine in absentia, erit tutus in conscientia, si ex zelo iustitiae id fecerit, aliter secus.
- 24 Praescribitur legitime cum bona fide, si post completam praescriptionem superueniat mala fides, non tenetur ad restitutionem.
- 25 Regula l. pluribus, §. 1. & si placeat, ff. de verb. oblig. intellecta.
- 26 Res legitime praescripta non est restituenda, etiamsi restator tibi et restituit male ablata.
- 27 Grauis delictum solet reputari, quod communitur in faciendo, quam in omitendo.
- 28 Filia iniuria parentum oppressa, ne eam dotarent, vel alia ex causa, nubens clandestine digno, non est punienda rigore l. 49. Tauri ac si absque ulla causa id fecisset.
- 29 Clandestinum matrimonium quod dicatur & sit.

L. 49. Taur. hodie l. 1. tit. 1. lib. 5. Nouae Collect. Reg.

QVAESTIO I.

QVAERO circa l. 49. Tauri quae hodie est l. 1. tit. 1. lib. 5. Nouae Collect. Reg. quae ita se habet: *Man damos que el que contraxere matrimonio que la Iglesia inuiere por clandestino con alguna muger, que por el mismo fecho, el y los que en ello interuiniere, y los que del tal matrimonio fueren testigos: incurran en perdimento de todo sus bienes y sea aplicados a nuestra camara y fisco, y sea desterrados de los nuestros Reynos, en los quales no entré so pena de muerte: y que esta sea su causa para que el padre y la madre pueda desheredar si quisieré a sus hijos, obytos q. el tal matrimonio contraxeré en lo qual otro ninguno no pueda acusar sino el padre y la madre, muerto el padre. An haec licet valida, & in iudicio practicanda: nimis enim rigida, & matrimonii poenam imponens videtur contra dispositionem tex. in c. Gemma, cum similibus, de spon-*

salubus, & articulus hic adeo dubi⁹ visus est Ant. Gom. ut quilibet opinio contraria possit bene & iuridice fundari, secundum eundem auctore in d.l. 49. nu. 2. in prin. Ego vero rem hanc ad vtramque partem agens, quid tenendum sit ostendat, defendens nostrae l. de conditionem, probansque esse iuridicam & practicandam.

Et primo videtur contrarium, quia licet iure civili filia nubens ante 25. annum suae aetatis sine consensu & licentia patris possit exheredari, ut videtur probari a contrario sensu in auct. sed si post, C. de inoffic. test. & ibi notat gl. & Doct. iure tamen canonico, etiam si ante 25. annubatur absque consensu patris dum tamen id matrimonium in facie Ecclesiae contrahatur non potest ideo exheredari, nec dote, nec alimētis privari, ut tenet Heitien. in c. 1. de despons. simpub. vbi Abb. n. 3 hoc frequentiori Doct. calculo comprobatur esse affirmat, & communem opin. esse testatur Greg. Lop. alios allegans in l. 10. tit. 1. p. 4. gl. mag. Dicit etiam communem D. Couar. in 4. de spons. p. 2. p. 2. §. 8. n. 5. Et communis etiam secundum Roder. Suar. in ut de los casamientos, ver. 3. in quantum ad l. 1. ff. solut. matr. 67. vbi quoque iure civili id probat respondens ad argumentum a contrario sensu sumtum ex d. Auct. sed si post, cui etiam respondet Couar. d. n. 5. & hanc receptam sententiam tanquam communem sequitur plures referens D. Molin. de Hisp. primog. lib. 2. c. 16. §. 6. vbi eius fundamentum quoque refert, nempe, quod iure canonico filia potest libere absque patris consensu vel licentia nubere, quod pluribus iuribus & auctoribus probat etiam Doct. Couar. vbi sup. n. 1. & testatur veriorum & magis receptam sententiam iure Pontificio veteri, & nouo Menoch de arbit. iud. centur. 5. casu 452. n. 8. vbi plures auctores refert huius opin. late probat Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. sol. 2. & Celsus conf. 38. num. 2.

Quinimo si pater tenetur hoc casu filiam dotare, non solum quando ipsa dorem promissit, sed etiam quando absque promissione dotis matrimonium ipsa contraxit, ut existimat D. in Auct. res que, C. comm. de l. vbi Cur. Jun. n. 25. hanc communem opin. esse profiteretur, & ibi Doct. Ant. de Padilla, n. 74. & ante eos lal. in l. 2. §. quod si in part. nu. 28. ff. solut. matr. & D. Couar. vbi sup. n. 7. aliosq. referens Celsus d. conf. 38. n. 2. Doct. Molin. vbi sup. n. 7. Postremo Frater Alfons. a Veracruz in suo Spec. eccl. 3. part. 20. vers. sequitur & in sum. fol. 691. Quod est verum, etiam si maritus esset inferioris conditionis quamvis hoc casu pater posset minorem dorem dare, secundum Celsus d. conf. 38. n. 2.

Superiora procedunt non solum in filia, quae virum digni elegit, vel inferioris conditionis, sed et in ea, quae absque promissione dotis indigno nuplit. Adhuc enim a patre ob hoc exheredari minime poterit, nec dote, nec alimētis privari: quia cum filia ex iuris canonici dispositione libere absque consensu patris etiam indigno nubere possit, matrimoniumque ipsam validum sit, consequens est, ut actui ex se licito poena aditici minime valeat, nec ex ea matrimonii libertas impeditur, resoluit l. de Imol. in c. accedens, de procur. sicut Alex. in l. 1. n. 3. ff. solut. matr. in modo secundum ipsos minor dos seu alimentia filiae praestatur ex mariti indignitate: quod probatur considerato iuris rigore D. Molin. vbi sup. n. 8. & respectu tantum exheredationis, nepe ut filia indigno nubens absque licentia patris exheredari minime ab eo ob hoc possit, tenet etiam aduersus alios, quos refert D. Couar. vbi sup. n. 9. id amplius est pater vellet eam tradere in vxorem aequo digno viro & honesto congrua sibi constituta dote: tamen respectu dotis & alimentorum contrarium, imo quod filia absque consensu patris ante 25. aetatis suae annum in facie Ecclesiae nubens ignominioso & indigno viro, non possit a patre dote nec alimētis petere etiam si eam promissit filiam marito, nec ea

eidem pater teneatur praestare, verius esse profiteantur Ant. & Preposit. Alex. in c. 1. nu. 6. de spons. Paris. conf. 1. 4. n. 29. lib. 3. & Julius Clarus in praet. crim. 9. §. 2. status 3. ad fi. quam esse communem sententiam ex testimonio aliorum affirmat Doct. Couar. vbi sup. n. 7.

Haec tamen opiniones cotraire federe distinctionis componi possunt in hunc sane modum, ut si mulier haec vel maritus aliunde habeant, vnde se alant, non sunt a parente dotandi vel alendi: si vero id non habeant, tunc teneatur patens illa alere vel dotare, attenta ipsius filiae atq; mariti qualitate, nec fame pereat: ita Ripa in l. 1. n. 49. ff. solut. matr. quam distinctionem sequitur Doct. Couar. vbi sup. d. n. 7. & Doct. Molin. n. 8. vbi etiam refert Gaspar Baecam eandem probantem in lib. de non melior. ration. des filiabus. c. 8. nu. 3. sequitur etiam Specul. coniugiorum, vbi sup. in vers. dixit, si honesto.

Ergo, si iure canonico iam hoc est statutum, nempe ut filij & filiae libere possint contrahere matrimonium absque consensu parentum ut sup. est visum, lex civilis, & sic Regia, licet in reliquis poenis matrimonii clandestini valeat, quia procedit adiuuando: in hac exheredationis materia minime erit obseruanda, cum sit contra ius canonici, & hoc sit materia spiritualis: quo casu 1^o civile, quantum canonico repugnat, seruandū non est, nec ex praeterea appositione matrimonii libertas infringatur: Ideoque hac causa non poterit filia exheredari, nec dote aut alimentis privari quicquid lex nostra Regia in cotraire statuere videatur: Et hoc primum fidamētū forte est, & quod animos nonnullorum turbare possit.

Secundo principaliter haec eadem pars negatiua astatuitur ex fundamento quod Rex Princeps vel iudex secularis, non potest disponere vel statuere aliquid circa matrimonia, vel alia spiritualia, arg. text. in c. 1. in fine de iur. & obed. vbi probatur, quod inferior legem superioris solvere non potest, cuius text. arg. haec opinionem expresse tenet Abb. in c. 1. n. 7. & de spons. dicit quod leges civiles cotrairem dispositionem corrigunt: & haec est magis communis opinio, secundum Gom. in d. l. 49. Taur. nu. 4. & Doct. Couar. in praet. leg. 2. c. 3. §. 8. n. 6. communem quoque testatur Greg. Lop. in l. 1. tit. 1. p. 4. in gl. mag. paulo post prin. Ergo lex nostra disponens circa matrimonium ius castrum, minime erit seruanda: at quia inuenio quod Philipp. Decius conf. 233. per totū, plures referens, in nostris prope terminis hac partem negatiuam probat, dicens, quod statutum priuans filios successione parentum, eo quod contrahant matrimonium sine licentia patris, non valet nec est seruandum. Idem latissime tenet & probat plurimos allegans Roder. Suar. in ut de los casamientos, in vers. ex quibus & in l. 1. §. 8. & seq. & vers. precedentibus dicit idem esse in quibuscuque statutis imponentibus poenas ducentibus vxores, vel nubentibus cum talibus, &c. ut minime valeat huiusmodi statuta: & testatur communem Specul. coniug. vbi sup. in vers. hanc conclusionem, vbi etiam tenet in terminis nostrae l. 49. Taur. sequuntur etiam plures relati per Celsus d. conf. 38. n. 4. Quae difficultas adeo ingens est aduersus nostram hac l. v. Doct. Couar. vbi supra nu. 6. existimat ex hac communione opinionem supradicta, quae illi l. Fori, Partitarum & Ordinamētū quae etiam poenas imponunt nubentibus sine consensu parentis, esse correctas, ex quibus duas tantum referam.

Et primo, inquit Couar. l. 4. tit. 1. lib. 5. Ordin. & quae inquit filiam, quae in prole facta fratum remanet nubentem sine eorum consensu, priuari successione parentum, esse sublatam iure canonico, nec vim legis habere ex supradicta ratione: quia disponit in causa matrimoniali: Ergo ita & eodem modo lex nostra non erit seruanda: quam etiam opin. v. d. l. 4. non valeat, tenet & probat Menchac. de success. creat. §. 1. n. numero 644 &

ante eum idem optime probauit Rodericus Suarez vbi supra.

Secundo inquit Couar. quod leg. 10. tit. 1. part. 4. probans, quod si pater velit filiam suam contrahere matrimonium cum homine quodam idoneo, & ipsa reculet, alimogin virum accipiat sine licentia patris, poterit idē pater eam exheredare est correctae iure canonico: quam etiam sententiam, late disputans articulum hunc probauit Greg. Lop. ibidem gloss. mag. ad fin. dicens esse veriorum hanc opin. in puncto iuris: Ergo eadem ratione nostra lex minime procedet.

Tertio & a fortiori ex eadem ratione deducitur, rigidam illam poenam l. fin. tit. 3. part. 4. iubentis virum contrahentem clandestine cum aliqua femina, tradendam forte cum ipsa simul vxorem in seruitutem perpetuam consanguineis vxoris proximioribus: Nam cum poena illa sit contra ius canonici: quia perpetua seruitus daretur in matrimonio, quod liberum esse debet, iure optime dicendum erit non valere: prout tenet idē Couar. in 4. 2. part. c. 6. in prin. n. 13. dicens, quod lex illa sicut rigida, ita antiquata fuit: ergo idem in lege nostra dicendum videtur.

Tertio pro eadem parte negatiua facit: quia l. 3. §. si emanc. patris filius, ff. de bon. poss. contra tab. quae permittit patrem posse exheredare filium, ducentem vxorem ignominiosam sine consensu eiusdem patris, per quem text. haec est communis opin. secundum Menchac. de success. creat. §. 10. num. 634. plures referentem, quod hodie approbatur in d. l. 1. tit. 1. part. 4. quae licet loquatur in filiabus idem tamen est in filiis, ut eam extendit l. 1. in fin. vltim. tit. tam est correctae ita iure communi, quia illa non est de causis, quae exprimentur in Authentic. ut cum de appellacione cognog. Salub. ut tenet gloss. ibi & Bars. & Roderic. Suar. in tit. de los casamientos, in vers. tertio, in quantum ad ill. pag. 68. quam iure canonico, quia ob hoc eo iure filius non potest exheredari, ut tenet Greg. Lop. in l. 4. tit. 7. par. 6. in gl. des heredar. & id. in praet. leg. 1. in gl. mag. col. 2. in prin. & D. Couar. in 4. p. 2. §. 8. n. 6. & iure R. fecim. Rod. Suar. vbi sup. Ergo & nostra l. 49. Taur. erit etiam correctae & non seruanda pari ratione. Testatur communem plures referens F. Anton. a Cordub. in sua tractat. de casis de conciencia, in c. 2. ditione, quae 17. in secundo puncto, fol. 469. col. 2.

His tamen omnibus non obstantibus, contrarium est tenendum in iudicando & consulendo, imo quod decisio nostrae legis sit valida & in iudiciis seruanda. Primo, quia quando lex civilis non est in iudiciis seruanda, aliquid determinat super substantia matrimonii vel super spiritualibus, sed tantum procedit adiuuando, declarando & ampliando ipsum ius canonici ad pleniorum eius obseruantiam, in iis quae sunt prohibita & poenita de iure canonico, potest licite disponere & iuste facere, iuxta gloss. in c. cum secundum d. de heretic. in 6. vers. cartoque casu, vbi tenet, quod poena imposita per l. raptoribus, quae cum rapta, parentibus suis non contententibus, matrimonium contrahunt, publicationibus bonorum, & similes habent locum, & seruantur de iure canonico, cuius gl. opinionem sequitur Catd. in 4. opposit. Praeposit. nu. 7. in cap. Genina, de sponsalib. & demouit. sequitur alios plures referens Doct. Anton. Gomez in d. l. 49. Taur. num. 2. & doct. Couar. in 4. 2. par. pagin. 2. §. 9. num. 2. quamuis ipse velit contrarium. Sed contrahentibus clandestini matrimonium iure canonico sunt poena statuta, ut in ut. de clandest. despons. & praecipue in c. cum in iudicio, cod. de iur. Ergo ius civile, & lex Regia bene poterit in hoc adiuuare ius canonici

cum & alias poenas statuere: Et quod II. Regia hoc intenderint, probatur ex l. fin. tit. 3. part. 4. ibi, O de nos porque auemos voluntades lo que l. sancta Telesia manda sea guardado, &c. vbi in casu simili nostrae decisionis l. Taur. additur poena contrahentibus matrimonium clandestinum sine licentia parentum, hoc respectu ut seruetur, quod iure canonico statutum est.

Secundo pro huius legis validitate facit gloss. in Clem. ne Romanus, de election. verb. tolli, vbi tenet posse iure canonico inferiorem addere poenam prohibitoriam, & legi superioris, est inferior contra superioris legem statuere non possit: quam gl. alios allegans sequitur doct. Couar. in 4. 2. par. capite sexto, in principio numer. 18. Celsus dicit. conf. 38. numer. sexto. Igitur Princeps secularis est non valeat aliquid statuere in matrimoniali materia & eius substantia, poterit tamen prohibitioni Romani Pontificis hac in re poenas addere. Neque obstat argumentum atque solutio Felin. in cap. prim. de sponsalibus, numer. 11. in fine, dicens, quod gloss. illa loquitur in Episcopo, qui capax est statuendi in qualibet re ecclesiastica, nos vero agimus in principe seculari, qui in ecclesiasticis nullum ius habet statutū. Nam secundum Couarrutiam vbi supra, etiam Episcopo non licet statuere contra ius a Romanis Pontificibus stabilitum, sicut nec Principibus secularibus contra Pontificum decreta in materia ad Romanum Pontificem pertinenti: Vnde sicut ille potest poenas addere in casu, in quo non potest statuere de nouo, ita & hic.

Tertio pro nostra legis substantia facit, quia lex Principis secularis, in quacunque re disponat, etiam si mentionem clericorum faciat, sit iusta & honesta, nec canonibus contraria, seruari debet: quia ab ipsis Romanis Pontificibus videtur recepta, ut in c. de noui oper. nū. quod optime probat Couar. d. c. 6. nu. 10. estque communis opinio, §. l. 16. tit. 1. par. 1. approbata, secundum D. Anton. de Padilla in l. per agrum, n. 9. C. de feruit. & aqu. & Greg. Lop. in d. l. 16. gloss. 3. refert optimam distinctionem, quando lex obligat ad peccatum. Hinc est, quod videmus leges civiles iunire haereticos poena mortis, & non est dubium eas tenere, licet disponant de materia haereticis, quae spectat ad ecclesiam, ut in c. inquisition. §. prob. ben. de haer. lib. 6. Imo etiam in nostra materia matrimoniali leges canonibus non cotraire sunt seruandae, ut in cap. 2. & ibi notat Abbas de desponsation. in pub. refert Greg. Lop. in d. l. 1. tit. 3. part. 4. gloss. final. in fine.

Quarto facit. Nam licet Princeps non possit statuere contra legem diuinam, ut est notum, bene tamen potest eam distinguere, limitare & declarare: sicut licet iure diuino cautum sit, ut in ore duorum vel trium stet omne verbum, c. cum esset, de testam. cum similibus ius civile bene potest maiorem numerum testium, ex causa in aliquo casu requirere: quo iure sustinetur solemnitas septem testium requirita a iure civili in testamento. Nam lex illam introduxit propter falsitates euitandas, ut in l. si. C. de fideicom. in vers. lex etenim ne quid falsitatis incurrat per duos forte testes compositionem testamentum, maiorem numerum testium exposulatur, ut per ampliores homines perfectissima veritas reueletur, & ita in specie probauit gl. magna in prin. exp. in l. fin. C. si contra ius vel iuris. pub. gl. etiam in l. 1. ff. de constit. prin. gloss. magna vbi Bars. n. 3. idem probat, & idem Bart. in l. omnes populi, num. 22. ff. de iustit. & iur. & Ant. Gom. plures allegans in l. 1. Taur. num. 24. & quod d. l. ff. C. de fideicom. ex hac causa sit iustissima, testatur communem opin. esse Menchac. de success. creat. §. 2. n. 7. Ergo ita in nostro proposito nostra l. 34. Taur. cum venit ad declarandum ius canonici, & ei addendum & suppletum dum merito iustissima & valida existimari debet.

matrimonia, quae canones prohibent, ut sunt clandestina, bene poterit, sicut nostra lex facit, argumeto tex. in c. dilecto. in fine, de sententia excommunicati, in sexto, & in terminis aduersus prioris partis auctores hanc secundam late probat plurimos cum tenentes referens Celsus d. conf. 38. nu. 5. & sequentibus.

At si hoc ita est dicit aliquis, cur supra dictum est ex Couar. & Mench. praedicti. l. 4. Ordina. quae priuato forem successione parentum, nubentem sine consensu fratrum, sub quorum potestate & auxilio est esse correctam? Ad hoc respondeo, quod lex illa non loquitur in matrimonio clandestino, quod intra canonica prohibent fieri, sicut etiam nostra lex fed in illo, quod fit sine licentia propinquorum: Vnde cum iure Canonico hic consensus non requiratur, merito quod lex illa sit correctae iure Canonico, quomais adhuc ipsam valere & esse seruandam tenuerit sibi met contrarius Menchac. de success. creat. §. 7. num. 38. cuius opinio nem in hoc reitico cum in materia matrimoniali sit standum iuri Canonico, quo disponitur contrarium. Ex eodem fonte constat non obitare, quod secundo loco diximus nempe l. 10. tit. 1. part. 4. esse correctam & non seruandam, secundum vtiorem opinionem Couarru. & Gregor. Lop. Nam l. illa non loquitur de matrimonio clandestino, sed de contracto sine licentia patris: licet adhuc Roderic. Suarez in l. 2. tit. de los matrimonios, lib. 3. for. de. de in e. huius for. fol. 79. teneat legem illam valere propter inobedientiam duplicem filiae, nempe, quod nupter sine consensu patris, & reculaerit prius aliud matrimonium quod pater volebat: quam etiam opm. Roderic. Suarez sequitur simpliciter eum non referens Mench. de u. eff. creat. §. 10. n. 4. Sed his non obstantibus adhuc credo atque teneo, legem illam attentio iure canonico non esse seruandam propter praedictam communi opinionem quae habet, ut filia iure canonico, cui est standum, non possit exheredari, eo quod abique consensu patris nupterit. Nam cum is in matrimonio contrahendis minime requiratur, consequens est, ut quomais filia reculet matrimonium, quod pater velit, & aliud inuito parente contrahat, minime hoc ob possit exheredari. Na ex libera facultate, quam habet nubendi atque consensu patris, consequitur nihil referre, quod matrimonium a patre voluit recuset: alias enim libere alii nubere non possit.

31 Vtius non obierit etiam quod l. fin. tit. 11. part. 4. imponens perpetuam seruitutem contrahentibus clandestine, sit correctae, ut supra diximus: Nam imo valida est secundum Greg. Lopez, ubi gl. mag. a per totum: quia loquitur in matrimonio clandestino sicut nostra: sed non est in usu, secundum Couarruam supra relatum circa illam l. quia respondendum miseramque; seruitutem inde iuratur: At vero lex nostra Regia loquitur in matrimonio clandestino: & cum his remanet satis decisa nostra prima quaestio super hac l. Tauri.

S Y M M A R I A.

1 Iudices Ecclesiastici non possunt inhiere seculares detinentes copias contrahentes clandestina matrimonios & testes ad exsequendas in eos penas legum huius regni, ut eos remittant ad forum Ecclesiasticum, ad effectum ut libere constet de matrimonio, & testes scilicet deponantur & distinguantur.

3 Testes vel mediatores matrimonii clandestini si sint clerici, non possunt puniri nisi a iudice Ecclesiastico.

Eodem II. Reg. 49. Taur. & l. i. tit. 1. lib. 5. Nou. Collectio. Reg.

Q U A E S T I O.

Q U A E R O secundo circa eadem II. Regias, an in casu earum iudices Ecclesiastici possunt inhiere, & adnuere iudices seculares, qui detinent copias personas huius modo delinquentes, ad exsequendas in eos penas huius regni legum, ut eos remittant ad forum Ecclesiasticum ad effectum ut libere constet de matrimonio, & testes scilicet deponantur: In quo articulo doct. Couarru. in 4. despons. fol. 2. part. cap. 6. in princ. num. 21. partem affirmatiuam probat eo casu, quod de matrimonio adhuc non constat. Sed Senator Regius Mench. de success. creatione, §. 26. num. 69. tenet in hoc aduersus Couarr. dicens: hoc videri sibi suspectum, cum iudices seculares non debeant remittere praedicti delinquentes impunitos: Imo existimat ibi ipse, & numero praecedenti, quod etiam si eos remitterent ad iudicem Ecclesiasticum, & ab ipso illi essent puniti, si postea reincidenter in potestate iudicis secularis, possent puniri iterum ad mensuram paene legis civilis, ut ipse inquit, tanquam si non puniti essent: addito tamen eo, ut in hac secunda punitione habeatur ratio paene iam a iudice Ecclesiastico imposita, passaque: Et inquit ipse notandum, quia in vltimo forent frequentissimum Haecenus ille. Cuius sententiam ita ad vnguem referre libuit, ut facilius deprehendatur huius rei veritas.

Ipe vero, quod salua pace Senatoris dixerim, ante promulgationem Sacrosancti Concilii Tridentini, quando matrimonia clandestina contracta erant valida, quomais sic contrahentes peccarent atque delinquerent, ac proinde ipsi, & testes puniri possent, iam iure Canonico quam Regio, ut in nostris II. crederem opinionem priorem Illustri Episcopi ac Praefidis Couar. vtiorem esse in hac quaestione iudices, scilicet, seculares, etsi aegre ferant inhibitiones & monitiones iudicum Ecclesiasticorum, tamen tam eis obedire, & remittere relictos, eo tantum, scilicet casu quo de matrimonio plene non liquet, ad hoc ut testes liberius deponant quoad cetera vero puto, eos non teneri atque in hoc casu existimarem veram esse opinionem Mench. ut possint puniri huiusmodi delinquentes per iudicem secularem, si in eius potestatem reuertantur, habita tamen, ut ipse inquit, ratione paene passae apud iudicem Ecclesiasticum. Nam alias illusoria redderet h. e. lex occasioque daretur delinquendi: delinquentes enim statim desiderarent animaduerti per iudicem ecclesiasticum, cum apud ipsum regulariter omnia delicta leuius atque mitius puniantur, quia aut modicam aut mitiorem, aut certe nullam imponere solent penam, ut in alio proposito dicit D. Perez in Rub. tit. 1. lib. 3. Ordina. col. 7. 47. sicque fraudarent penas huius legis, quod minime dicendum est.

Post vero praedicti Sacrosancti Concilii publicationem, cum ab eo huiusmodi matrimonia clandestina annullata sint, & sic cesset ratio & fundamentum Doct. Couar. existimo & ipsius quoque decisionem cessare, atque proinde, etiam si adhuc contrahentes clandestini, & testes puniri possint paenis de quibus in his nostris II. Regiis (quod an hodie locum habeat, attendita dispositione Concilii Tridentini, §. 24. c. 1. de reformatione matrimonii, agitur infra statim in 4. quae) etiam possint & debeant grauius ob hoc castigari arbitrio ordinarii Ecclesiastici, ut in d. Decreto, iudices seculares detinentes in suis carceribus publicis huiusmodi delinquentes minime teneri eos remittere ad iudices Ecclesiasticos, donec

nec ab eisdem secularibus puniantur, cum hodie praedicta matrimonia clandestina sint nulla, siquae non sit opus, ut praedicti testes deponant coram Ecclesiastico de matrimonio, cuius respectu ante Cocilium, secundum opinionem Couar. remittendi erant ad iudices Ecclesiasticos, ut maiori cui libertate deponere possent super matrimonio, & sic ut de eo constaret: At vero respectu punitionis delicti, cum sit mixti fori non habeat locum praedicti inhibito, nec praecipit remitti, sed locus erit praedicti iuxta regulas iuris. Nec in proposito praeterendum duxi opinionem Doctoris de Castillo, qui in eadem l. 4. Taur. n. 8. tenet, quod si testes vel mediatores matrimonii clandestini vel aliqui eorum sit clerici, non possunt puniri, nisi a iudice ecclesiastico, si vero laici puniantur a iudice laico, ut latius ibi probat.

S Y M M A R I A.

- 1 Filius matrimonium clandestinum contrahens, post a patre ob hoc exheredari.
- 2 Idem in filia vidua matrimonium clandestine contrahente.

Eadem II. Regie.

Q U A E S T I O.

Q U A E R O tertio circa eadem II. num. pena exheredationis imposita ab eisdem filiabus contrahentibus matrimonium clandestinum habeat locum in filio hoc idem faciente, ut possit ob hoc a patre exheredari: In quo articulo inueni Philipp. Decium in l. m. p. n. n. n. 10. ff. de regul. iur. latissime hoc differentem, & tandem concludit non posse filium exheredari ob hoc: cuius opinionem videtur sequutus Cifuen hic ad finem. Sed opinioem dicunt esse sine dubio, quia loquuntur in casu, in quo est vnus tantum defectus consensus patris, ut supra in 1. quaest. huius 2. libri est explicatum: At nos agimus in casu harum legum nostri Regni, scilicet, quando matrimonium clandestinum contrahitur: adhuc tamen in casu nostrae l. 49. Taur. filium exheredari minime posse existimat Doct. Couar. in quar. 2. part. cap. 6. in princ. num. 21. & ante eum Doct. Castil. in hac l. 49. in glo. s. su. huius. Sed contra hanc opinionem facere videtur nostra l. 49. Taur. ibi, dum in principio dicit, Con alga muger, igitur aperte loquitur & imponit penam filio contrahenti cum aliqua clandestine. Sed hoc non obstat. Nam verba illa, Con alga muger, intelliguntur respectu aliarum penarum praeter exheredationem. Quod patet, quia cum lex illa in omnibus aliis paenis aequiparet matrem & fratrem, postea dicit, quod contractus hic matrimonii clandestini sit iusta causa, propter quam pater possit exheredare filiam, nec hanc penam exheredationis ad filium retulit: Igitur praeter ipsius l. mentem, & quasi contra l. fieri non debet extensio ad filium cum sit paenalis, & ideo odiosa & restringenda: praemaxime in pena adeo graui, prout est exheredatio, quae minime locum habet, nec fieri potest, nisi ex causis a iure expressis, haec autem a iure, nec a praedicti l. 49. Taur. in filio masculino non exprimitur: Igitur ea locum non habet, sed tantum in filia, in qua nostra l. loquitur in hac parte. Praeterea non eade ratio militat in filio, quae in filia, cum maior honestas debeat ei inesse, atque magis honor hominum periclitetur per contractum matrimonii clandestini a filia factum, quam a filio celebratum, cui honor non dubium est prouisum videri per l. nostram, per huiusmodi exheredationis penae impositionem, ut filia ab hinc metu & formidine talis grauisimae penae contrahere clandestine non audeat: Eadem quoque sententiam, ut lex nostra respectu exheredationis non habeat locum in filio masculino, tenet

etiam simpliciter Menchac. de success. creat. §. 10. n. 637. & ante eum Doct. Soto in 4. centuriarum dist. 29. quaest. 1. artic. 4. in responsione ad 4. argum. ubi aliam rationem differentiae inter filium & filiam in proposito praefigit, nempe, quod cum ratio ingenio vigeant foeminae, debent in concinnandis potissimum nuptiis parentibus obstrictius esse subiectae, quam masculi, ne leuiter de se dissonant: quae ratio non tam finalis quam probabilis est, ideo verior & concludentior videtur per me supra assignata, cui simul potest adiungi haec: Verum haec praedictorum sententia procedere potest attenda nostra l. 49. Taur. & suo tempore: At vero conditis postea curis Madritiuis celebratis ann. 1563. peritione 18. hodie insertis in nostra l. posita in hac l. 1. tit. libro 5. Nou. Collectio. Regie, minime locum habere potest: sed contraria, nempe, ut filius hodie, sicut olim filia contrahens matrimonium clandestinum, possit a patre exheredari, ut patet ex eadem l. 1. ibi, Pater exheredat filium qui fuerit, a suo huius & huius. Et ita tenet nouissime Doct. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. gl. 5. lib. 5. Ordin. pag. 37. qui ante l. 48. de Madrid. ann. 1563. quae d. l. 49. Taur. extendit ad filium contrarium verius esse late probauerat, sed per dict. l. de Madrid. & nostram hanc legem secus est ut dixi, & tenet idem Perez in l. 1. tit. 1. lib. 8. Ordin. fol. 287. col. 2. In filia autem vidua, quae cum patribus habitat, an lex haec procedat, dubium non est, seruandam Couar. ubi supra, qui aduersus Castellum optimè censet in illa locum habere, cum ad has penas imponendas lex haec patriam potestatem minime curet, cum deferat ius accusandi matri, defuncto marito, quae quidem filios non habet in potestate.

S Y M M A R I A.

- 1 Lex 49. Taur. & similes, an procedant hodie stante decreto, de reform. Sancti Concilii Tridentini. Sed. 24. ubi annullantur matrimonia clandestina: late discutitur per totam quaest.
- 2 Olim ante Concilium Tridentinum matrimonia clandestina libero contrahentium consensu celebrata valida erant.
- 3 Ex actu nullo atque inefficaci quis penam non incurrit.
- 4 Alienans emphyteusim vel feudum sine licentia domini, si alienatio nulla sit, non incurrit penam caducitatis.
- 5 L. 49. Taur. non habet locum in minore matrimonium clandestine contrahente, nec in matrimonio metu contracto.
- 6 Tunc demum ex actu nullo inciditur in penam, cum l. tantum factum & animum facientis considerat, non autem effectum, alius fecerit.
- 7 Pena imposita, ante Concilium Tridentinum contrahentibus matrimonia clandestina, & eis assistentibus manens post Concilium vix a penam ad arbitrium Episcopi conferendam, de qua in d. Concilio, praeter excommunicationem Synodalem.
- 8 L. 49. Taur. locum habet hodie stante decreto Concilii, quando matrimonium contrahitur aliter quam forma ab eo tradita, quam haec sententia rigorosissima sit, & quae vix in praxi obtinebit, eod. n. 7.
- 9 Dicit l. 49. Taur. an habeat locum, quando, etsi in matrimonio fuerit seruata forma d. decreti Concilii Tridentini circa parochum & testes, omnia tamen fuerint denuntiationes fienda in Ecclesia, & n. 9. sequitur affirmatiue, n. 10. & seq.
- 10 Matrimonium, quod celebratur omisso denuntiationibus, quomais fiat coram paroco & testibus, iam olim, quam hodie non dicitur publicum, sed clandestinum & n. 9. sequentibus, quomais n. 9. aliqua in contrarium adducta fuerint.
- 11 Matrimonium clandestinum hodie arrento d. decreto Concilii Tridentini, duobus modis dicitur, ut hie late declaratur

14. *Matrimonium non est clandestinum, quando sic coram parochio & testibus, omnis conditionibus arbitrio & licet in a d nariis, dummodo postea ipsa fiant, nec tunc habebit locum d. l. 49. Tauri.*

Eadem l. 49. Tauri.

QUESTIO IV.

1. **Q**UARTO circa eandem legem an pœna exheredationis, de qua in ea possit hodie à parentibus insigri filiis vel filabus contrahentibus matrimonia clandestina, attento decreto 1. de reformatione matrim. sess. 24. ubi annullantur atque irritantur in posterum matrimonia clandestina: Et vt melius questio hæc differatur, duo casus distinguendi sunt. Primus est, quando matrimonium clandestinum contrahitur aliter, quam præsentem parochio vel alio sacerdote, & de ipsius parochi seu ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus, nempe coram parochio vel alio sacerdote, cum minori testium numero vel sine parochio vel sacerdote, licet coram testibus: & sic eo casu, quo hodie attentio prædictæ Concilii prædictæ, matrimonium annullatur & irritum redditur ab eodem Concilio.

Secundus casus est, quando matrimonium contrahitur forma tradita à prædicto Concilio, in vers. qui aliter, nempe præsentem parochio, vel alio sacerdote, de ipsius parochi seu ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus omittis tamen denuntiationibus publice fiendis in ecclesia inter Missarum solemniam, de quibus in d. decreto & sic eo casu, quo matrimonium est validum, licet prædictæ denuntiationes deficiant.

Priori casu, scilicet, quando matrimonium clandestinum est nullum, hodie videtur dicendum, quod non habeat locum pœna exheredationis, de qua in nostra hac lege nec cerere pœnæ eiusdem: siquidem cessat ratio, quare lex ita severe pœnæ matrimonia clandestina, nempe quia erant valida tunc temporis prædictæ, matrimonia ergo nil mirum si cesset & eius dispositio, argu. l. quod dicitur ff. de pact. & in l. aditeres quamvis ff. de iur. patron. cap. cum cessante, de appell. 1. ad l. i. Tiraquel. de caus. ar. Et quod solim ante concilium Trid. matrimonia clandestina libero contrahentium consensu celebrata valida essent, patet ex c. 2. & 3. de clandest. de sponsat. & l. 2. & ibi Greg. Lop. tit. 3. pr. 4. concil. Colonien. de matrimonio, cap. de ritibus, & concil. Flor. 5. 7. de Sacramento Gratianus in c. neque illud, 30. quest. 5. S. Thom. in 4. dist. 28. quest. 1. art. 3. D. Soto ibi art. 1. & 2. & in 4. dist. 26. quest. 2. art. 3. dicit. Conr. 2. part. de sponsa. cap. 6. num. 7. Ledesmus in secundam quart. quest. 47. artic. 1. qui art. 1. inquit hanc partem ab omnibus fidelibus semper fuisse receptam tradit Decanus Lobanios de impedim. matrim. fol. 370. & alios referens Specul. coning. 1. part. art. 20. & in appendic. fol. 1. col. 2. Id quod hodie definitum est in præfato decreto Conc. Trident. in principio, & condemnatus error contrarium tenentium, his verbis: *tanquam dubitatum non est, clandestina matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse matrimonia, quando ecclesia ea irrita non fecit: & proinde irre damandi sunt illi, qui eorum Sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata, esse negant, &c.*

3. Secundo pro hac parte facit, quia cum hodie matrimonia clandestina sint nulla, ut in dicto decreto ex actu nullo atque inefficaci quis pœnam non incurrit, ut in l. ea quæ de c. si maneat, ita fuerit alien. per que text. dixit Bald. ibidem num. 1. quod factum & frustratoriam pœnam efficaciter non committit, quia ex nihilo nihil fit. Sic alienans emphyteuticam abique consensu dominici, si alias alienatio nulla sit non incurrit pœnæ caducitatis, de qua in l. si c. de iure emphyt. cum similibus, & idem est in feudo, secund. Bald. in l. 2. c. de Episc. audien.

Inf. in d. fin. num. 139. cum sequent. Tiraq. late de retrac. Legat. §. 1. gl. 2. nu. 6. latius idem in legib. connubial. tit. 13. §. 1. gloss. 6.

Tertio facit sententia Palatii Rubei in l. 49. Tauri, 5. num. 3. & 4. ubi tenet illum non habere locum in minore, qui matrimonium contraxit de præfati clandestinum, cum iuris fictione sint sponsalia de futuro, ut in cap. vic. de sponsat. impub. lib. 6. & sic matrimonium non valet ratione minoris ætatis, & ubi non est, & c. literas, de sponsal. & per totum ut de sponsat. impub. Et idem esse asserit, si matrimonium fuerit metu contractum, cum sit nullum, & cum locum, de sponsal. & in specie dict. l. 49. idem etiã tenuit Hanc del Castill. ibi in gl. verb. matrimonio, & nouissime attento d. decreto sacri Concilii, idem sentit Ioann. Matien in present. gloss. 7. nu. 5. quando quidem ait, quod contrahentes matrimonium clandestinum punientur arbitrarie, iuxta idem Concilium in loco modo citato, & Doct. Didac. Perez in leg. 1. titul. 1. lib. 5. Ordinan. folio 4. licet fol. 38. col. 1. aliud existimauerit ante Concilium, quando matrimonium erat nullum propter consanguinitatem vel affinitatem, aliudque impedimentum: idem iterum in l. 1. titul. 2. lib. 5. Ordinan. fol. 1. col. 1. & in l. 1. titul. 15. lib. 8. Ordinan. fol. 1. col. 1. & in l. 1. titul. 15. lib. 8. Ordinan. fol. 1. col. 1. & in l. 1. titul. 15. lib. 8. Ordinan. fol. 1. col. 1. & sequent. & Corad. in suo tract. de casib. de concencia, in secundæ editione quest. 171. fol. 47. column. 1. f. l. sequ. in vers. Lotereco.

Sed his non obstantibus, contrarium sententiam, imo quod etiam matrimonium clandestinum hodie nullum sit nihilominus dicitur l. 4. Tauri decisi, & sic iuxta l. seruanda sit, intrepide tenet & probat Doct. Ludou. Molina Regius consiliarius, lib. 2. de Hispan. primogen. c. 16. v. 18. & duobus seq. Quomiam tunc & demum ex actu nullo pœna non incurritur, cū lex considerat solum iuris effectum, scilicet si solum factum & animam facientes consideret, non autem effectum, quia tunc ex actu nullo inciditur in pœnâ, prout in specie dixit Bart. in l. quid ergo, cum autem factum, ff. de his, qui not. infam. Bald. in dict. l. ea quidem n. 3. Felin. in c. ex tenore num. 9. de reperi. vbi plura adducit. Constat autem secundum Molin. vbi supra, legem Taurinam prædictam, solum factum considerasse, quod ex se malum est, etiam si iuris effectum non obtineat, cum ex matrimonio clandestino inualido plurima damna atque inconuenientia sequantur, ut notissimum est, ob idque nil mirum, vt etiam si matrimonium non valeat pœnæ aduersus illos contrahentes appositæ præcisè sint seruandæ. Secundo mouetur Molina ex quadam doctrina Bart. & aliorum, quos refert, quæ habet quod ea que fiunt contra legem, habentur pro infectis, quo ad hoc, vt non valeant in eorum fauorem secus autem quoad odium ipsorum, seu ad hoc, vt ipsi incidant in pœnam quo ad hoc nam quantum facta censenda sunt. Tertio, mouetur idem auctor ex eodem decreto ubi supra, dum præcipit ordinario, vt testes, qui prædictæ, matrimonia clandestinis interfuerint, nec non contrahentes ipsos grauius suo arbitrio puniat, etiam si matrimonium irritum declaratur. Addo ipse quarum fundamentum, nempe nostram l. nouissime pluribus annis elapsis post publicationem Concilii Tridentini, fuisse positam in noua Collectæ legum huius Regni, quæ alias nisi hodie etiam obseruanda esset, minime apponeretur. Addo præterea hanc secundam partem tenentem in genere F. Alton. l. Veracruce in appendicæ ad Speculum coning. in 11. dubio 6. concla. pagin. 55. vbi inquit, quod ultra pœnam ad arbitrium Episcopi conferendam contra clandestine contrahentes, vel assistentes contra Concilii determinationem, illæ etiã pœnæ, quæ olim erant iure positæ ante Concilium, manet præ-

ter ex.

ter excommunicationem Synodalem, quæ cum sit tam grauis & odiosa, & in text. non posita, non debet nunc intelligi, quamvis contrarium in hoc de excommunicatione tenuerit idem auctor prius in dict. Specul. 1. par. artic. 10. de clandest. matrim. ad si. pag. 91. Imo quod etiam hodie post Concilium contrahentes clandestine incidant in prædictam excommunicationem Synodalem, quia ratio, quare excommunicatio posita est, manet temper scilicet, ad vitandæ scandala & cōtentiones, quæ oriri solent ex huiusmodi futuriis contractibus, dicens sic sentire Nauar. in Manual. cap. 28. nu. 7. Ergo idem in proposito nostro respectu exheredationis est dicendum.

Quid tenendum: Certe in puncto iuris verior videtur hæc secunda pars, quia bene fundata est: at vero negare non possumus, quoniam ipsa rigorosissima sit, & quæ in praxi vix obtinebit, quoniam, et si filius vel filia contrahens matrimonium clandestinum, ita offendat hodie, attento sacrosancto Concilio Tridentino, parentes, sicut olim: & quia illud ere conati sunt formam traditam in matrimonio contrahendis à Sancto Concilio Tridentino, sanctissime ab eodem decreto præcipitur ordinario, vt eos grauius suo arbitrio puniat: At tamen cum ex eodem decreto huiusmodi matrimonia clandestina sint nulla, temperanda est pœna legis nostræ, quæ non solum ad factum ipsum animique facientes respectum habuisse videtur, sed etiam saltem in mente ad effectum: quadoquidem illo tempore valeant matrimonia clandestina, quamuis etiam prohibita: Cogitauit igitur & de hoc Legislat. ideoque credendum est, adeo grauisime contrahentes & testes punite præcipisse: nempe in amissione omnium bonorum sicut Raapplicandorum, scilicet pœna exilii ab his regnis in quæ minime ingrediatur, sub pœna mortis, & insuper, quod hæc fit iusta causa, vt parentes possint si voluerint, filios matrimonium clandestinum contrahentes exheredare: Pœna enim exheredationis videtur posita propter iniuriã, quæ ipsi parentibus fit, non solum ex huiusmodi matrimoniis clandestinis abique ipsorum voluntate contractis, sed etiam eo quod filius vxoratus cœliba nupta vere & realiter remanere debeant, ipsi parentibus iniuris atque contra eorum voluntatem, alias enim non ita severe eos puniret lex: Et quamvis id ipsa non appetit, mens tamen infinat: Nam licet adhuc matrimonio clandestino inualido existere, ex eo plura damna atque inconuenientia sequantur scandala & contentiones oriantur: at tamen non ita graui iniuriã patentes ex hoc afficiuntur, sicut quando valebant matrimonia clandestina: plus enim tunc durabat iniuriã atque displicentia eorum, præmaxime si prædictum matrimonium cum impari contraheretur, quod sanguis proprius inficiebatur atque descendencia & posteritas inde sua obscuro fiebat: In summa cum exheredatio grauisima sit pœna, & non habeat locum nisi ex causis à iure expressis, ut in Authent. ut cum de appell. 1. cognosce. d. 1. aliud quoque capitulum, in l. 4. & sequentibus tit. 7. par. 6. Hæc autem de quo agimus, nempe contractus matrimonii clandestini non sit introducta nec cognita à lege nisi quando valebat matrimonium clandestina, ut est prædictum, non videtur habere locum hodie in hoc primo casu nostræ questionis, quo supponimus matrimonium clandestinum esse nullum: Nec ad eum casum extendenda lex nostra videtur, cum exheredatio sit grauisissima pœna atque res odiosa ut in regula iuris odia restringi, & c. Mirius igitur quam nostra lex precipiat, arbitrio secularis iudicis veniendi puniendi in proposito contrahentes sic clandestine, atque testes, qui eidem matrimonio interfuerint, sicut puniri eos præcipit Concilium ab ordinario ecclesiastico, cum non

indirecte (saltem iuxta mentem Legislatoris) lex nostra hoc casu loquatur, sed tantum quando matrimonium clandestinum valebat: Et hoc modo responderi potest quarto fundamento, quod supra addidi, nempe legem nostram seruandam esse, quandoquidem posita fuerit in Noua Collectiõne legum huius regni modo post publicationem Concilii Tridentini: Alias enim ea minime in hoc libro infereretur. Nam respondeo id procedere posse data paritate terminorum ante & post Conc. scilicet, quando matrimonium clandestinum sit validum ut latius videbimus infra in secundo casu nostra questionis principalis, scilicet quando est nullum, vt in hoc primo casu. Nec obstat quod de excommunicatione supra dictum fuit ex priori loco Speculi coniugiorum: Id enim non est verum, sed potius contrarium, quod postea accuratius & maturam cum deliberatione tenuit idem Specul. in sua appendic. in 11. dubio 6. c. clu. Idque comprobari potest ex supra addactis, & nouissime potest hæc scripsi aduersus opinionem Molinæ ubi supra tenet Doct. Ioan. Seg. in suo tract. iud. eccl. 2. par. c. 15. n. 13. & sequent. dicens, contrariam æquitati & rationi magis consentaneam sibi videri, ac in praxi omnino seruandam, licet de iuris rigore opinio Molin. sustineri queat.

Secundo præfati principali, quando matrimonium contrahitur forma tradita à Concilio in vers. qui aliter, nempe præsentem parochio vel alio sacerdote de ipsius parochi seu ordinarii licentia, & duobus vel tribus testibus omittis tamen denuntiationibus publice fiendis in ecclesia inter Missarum solemniam, de quibus in dicto Concilio, & sic quando matrimonium est validum: videtur dicendum non habere locum nostram legem Regiam, nec eius pœnas Primo quoniam huiusmodi matrimonium contractum est in forma tradita & permissa ab ecclesia per d. Concilium in d. vers. qui aliter. Ergo non est clandestinum.

Secundo quia ratio finalis, quare matrimonia clandestina sint prohibita & hodie annullata, est propter grauiam peccata, quæ ex eisdem clandestinis coniugijs ortum habent, præsertim eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore vxore relicta, cum qua contraxerunt, cum alia palm contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt, vt constat ex d. S. Cœli 10. Hæc autem ratio cessat in matrimonio, de quo nunc agimus, contracto iuxta dictæ formam nempe coram parochio & testibus, abique iniuriosis. Nam etsi hæc deficiat, videtur publice fieri, nam parochus tanquam publica persona habetur, qui fidem præstabit de prædicto matrimonio, quoties opus fuerit & ideo præcipitur à d. sacro Conc. vt parochus habeat librum, in quibus coniugum, & testium nomina, diemque & locum contracti matrimonii deleribat, quem diligenter apud se custodiat: Ergo hoc matrimonium non est clandestinum.

Tertio, quoniam idem requirunt prædictæ denuntiationes in ecclesia fiendis, vt si que forte impedimenta sint, quæ impediunt matrimonium contrahendum, à fidelibus deregatur, ne aliàs prohibiti cōtrahant in matrim. coniungantur, vt dum in bono statu viuere cupiunt atque præterdunt, in statu dationis permanent, vt probatur in c. cum inhiabit in princ. de clon. desol. & in decret. Concil. Triden. hoc autem consequitur, si coram parochio, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahatur: Nam parochus prius se informabit ab aliis, an aliquod impedimentum subsit, quominus illi coniungantur, prout iure tenetur id facere, ut in d. c. cum in l. 1. c. in princ. ibi, & ipsi præstari nihilominus inuestigent, verum aliquod obstat impedimentum, & in l. 1. tit. 1. par. 4. ibi: Eam contodo esse, & c. Ergo hoc non est matrimonium clandestinum.

Quarto facit, quia Concilium Triden. in prædictis

creto annullavit matrimo. ia clãdestina, illa vero que celebrantur coram parochõ & duobus vel tribus testibus sine prædictis denuntiationibus, minime irritantur, sed imo valida esse decrevit, vt patet ex dicto decreto: Ergo illa tantum, que annullavit sunt clandestina, hæc veto, que valida esse declaravit, non sunt clandestina: Et ita in terminis quod hoc matrimoniu de quo agimus, non sit tam proprie clandestinum, sicut quando sine testibus celebratur, tenet Dom. Soto. in 4. sen. dist. 28. q. vnic. art. 1. paul. post. p. 135. Si ergo hoc non est matrimonium clandestinum, in eo lex nostra R. locu non habet, cū dicat: Mandamos que el qui contraxere matrimonio que la Iglesia tuviere por clandestino.

His tamen non obstantibus, contraria sententia in præsentibus casu ferior mihi videtur atq. tenenda; imo quod huiusmodi matrimonium, etiam si fiat coram parochõ & testibus deficientibus, tamen prædictis denuntiationibus à Concilio præceptis, sit & reputetur clandestinum, ac per consequens in eo habeant locum hodie penæ nostræ legis.

10 Primo quia iuxta dictum decretum Concilij, illud matrimonium dicitur publicum; quod præcedentibus prædictis tribus denuntiationibus à parochõ tribus continuis diebus festiuis in ecclesia inter Missarū solemniam publice factis, denuntiando inter quos matrimonium sit contrahendum, nullo existente impedimento, coram eodem parochõ in facie ecclesiæ celebratur: quod & iure communi probat expresse dict. e. cum inhibito in principio. lib. 5. Statuimus, vt cum matrimonia fuerint contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur, competens termino præfatio, vt i. vna illorum qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponatur: præterea iure Regio idem statuitur in dict. l. 1. tit. 3. part. 4. ibi Caparano ser el casamiento fecho encubierto, ha menester que ante que los desposen, diga el cle- rigo en la Iglesia ante todos los que estuviere, como tal home quiere casar con tal muger, no brandolos por sus nombres, e que amonestã a todos quantos estã, que si saben, si ay algun embargo entre ellos porque no deue casar en vno q. lo digan fissa algun dia e que lo nombre fenna ladamente.

11 Ergo si per contrarium, vbi prædictæ denuntiationes omittuntur, non erit publicum matrimonium, sed clandestinum, etiam si fiat coram parochõ & testibus, vt expresse decidit, dict. l. part. 1. Nam præd. denuntiationes etiam si de necessitate atque substantia vel essentia Sacramenti sunt tamen de necessitate præcepti, nisi ordinarius expedire iudicauerit, quod præd. denuntiationes remittantur. q. illius prudentiæ & iudicio S. Synodus relinquit. Ergo cū sint de precepto, vt publico fiant, ad hoc, vt si aliqua ad sint impedimeta inter matrimonialiter coniungendos, detegantur: cõsequitur manifestissime matrim. absq. illis factum esse clandestinum, quamuis coram parochõ & testibus celebratur.

12 Secundo q. principaliter hæc eadem pars probatur, quoniam ante Concil. Trid. matrim. contractum absq. denuntiationibus erat clandestinum licet valerent: nã ad hoc, vt non esset clandestinum, requirebatur vt præd. denuntiationes publice in ecclesia fierent. vt in d. c. c. i. vbi in prin. de clandest. dispon. Scim d. l. 1. tit. 1. p. 4. in verb. sup. relar. & sic validitas matrimonij non tollebat, nec tollit clandestinitatẽ eiusdẽ, que processit ex omissione denuntiationum, que prius in ecclesia publice fieri debebant iuxta dispositionem iuris communis, atque Concil. Trident. in præfato decreto Ergo hodie quoq. post dict. Concilium idem erit, cum ipsum hoc minime corrigat nec immutat, sed quod de nouo in hoc introducit, vt dicebamus, est vt matrimonium clandestinum in posterum contrahenda absque parochõ & testibus sint nulla & irrita (corre. i. iure communi disponete valida esse (si vero fiant coram parochõ & testibus, sicut

valida: hoc autem minime tollit vitium clãdestinitatis, proueniens ab eodem iure communi ex omissione prædict. monitionum quo iure valida erant prædicta matrimonia indistincte. Quinimo Concilium Tridentinum vt est prædictum, requirit etiam, atque præcipit, vt prædictæ tres denuntiationes fiant publice in ecclesia modo supra dicto.

Quo fit, vt etiam stante prædicto sacro Concilio, 1) duobus modis hodie accipiatur & dicatur matrimonium clandestinum. Primus est, vbi sine parochõ proprio vel alio sacerdote de ipsius parochi vel ordinarij licentia & duobus vel tribus testibus contrahitur. Secundus est, quando non præcedentibus denuntiationibus contrahitur præsentem parochõ & testibus, vt docet Fra. e. Plotus in addit. ad consilia Marini Landen. consil. 30. & in terminis in præfati Concilij tenet doct. Nauar. in Manual. Lasino cap. 22. nu. 70. & in Hispan. cap. 28. fol. 48. & 78 & 79. asserens, quod si contraheretur matrimonium coram parochõ & testibus, non præmissa trina denuntiatione vel nõ omisa legitime, licet valerit matrimonium, dicitur tamen clandestinum quoad alios effectus, quam annullationis matrimonij, quia quoad illos nõ videtur derogari iuri antiquo, à quo non est recedendum, vltra quam recedit nouum, vt in L. præcipimus, C. de appell. Sequitur plures referens & dicens esse veriorẽ opinionem Menoch. dict. consil. 69. nu. 70. à quo est cautendum, nu. 14. & 71. dum addit insuper, matrimonium hoc casu esse nullum: quia hoc repugnat verbis d. Cõcilij, ibi qui aliter, & c. Et ita practicitur, quod valet matrim. contractum coram parochõ & testibus, omisis vel remissis monitionibus. Sequitur etiam eandem sententiam, nempe quod hoc casu matrimonium dicatur clandestinum, Rubens aduersus Erajnum lib. 4. errore 3. doct. Didac. Perez. in l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordinarum, fol. 30. column 3. vbi hæc secundam partem probat & nouissime M. Anton. Cuche. lib. 5. Instit. mat. i. de Sacrament. matrimonij. n. 69. & quamuis n. 70. dicat, quod si parochus & consanguinei seu vicini frequentes interfuerint, quãuis publicationes omisse fuerint, clandestinum omnino & in omnibus dici non possit, cum publice fiat: tamen quatenus ad nostrum propositum attinet, existimo adhuc clandestinum reputari matrimonium huiusmodi, cum etsi publice fiat, deficient publicationes in ecclesia fiende iuxta formam & præceptum ecclesiæ vt in dict. cum inhibito, quam clandestinitatem minime sustulit sacrum Cõcilium, quamuis cauerit valere huiusmodi matrimon. quod coram parochõ & testibus fuerit celebratũ, licet cauerit præd. denuntiationib. in ecclesia fiendis sicut etiã ante valebat per d. c. c. i. vbi ibi. & tamen erit clandestinu. Ex quo sunt intelligendi & supplendi doct. qui passim affirmant, indistincte Concil. Trident. annullare matrimonia clandestina: nam intelligi debent annullare vnum modum ex supra, matrimonij clandestini, nempe illud tantum matrim. quod celebratur sine parochõ & testibus: secus vero q. sic cum parochõ & testibus, quod tamen ob defectum denuntiationum est clandestinum, vt supra probatum existit. Et hoc modo responderet ad quartum fundamentum supra adductum pro contraria parte, Cum ergo hoc matrimonium iudicetur clandestinum iuxta interpretationẽ doctõr. supra dict. iure probatam, vt vidimus, quamuis Soto existimet non esse ita proprie clandestinum sicut quando celebratur absque testibus consequens est, vt in eo nostra lex eiusque penæ locũ habeant: cum dicat: Et que contraxere matrimonio que la Iglesia tuviere por clandestino, & c.

Non obstat modo primo fundamentũ pro contraria parte adductũ, nempe quod hoc matrimonium sit contractum in forma tradita & permissa ab ecclesia vt in præd. Conc. in vers. qui aliter. Nam respondeo quod etiam

et si celebratum sit in forma valida, non tamen seruatis omnibus seruandis, adhuc, vt matrimonium sit publicum à præd. concilio & iure communi præceptis, nempe cum præd. tribus denuntiationibus publice in Ecclesia inter Missarum solemniam in tribus festis fiendis: Omisso igitur eorum facit, vt hoc matrimonium publicum non sit, sed clandestinum, quamvis validum: quia coram parochõ & duobus vel tribus testibus celebratum sit, iuxta idem concilium.

Nec obstat etiam & secundum fundamentum contrarie partis, quoniam publicum matrimonium, de quo nunc agimus, appellatur ex præd. denuntiationibus in Ecclesia publice fiendis, non vero ex præsentia tantum sacerdotis & testium, quoniam abique præd. denuntiationibus non tollit clandestinitatem, vt supra est dictum. Non enim equipollet præd. denuntiationibus, nam frequentius impedimentum detegerat, si præcedentibus varijs denuntiationibus, publice & diversis temporibus factis matrimonium contrahatur, quam si parochus coram paucis vel etiam multis testibus subitaneo sermone, tempore quo matrimonium ipsum contrahi præteritur, id proferat, vt re ipsa patet. Quod si adhuc inites, finem legis in hac specie non violari: nihilominus contra legem fieri, non esse dubium respondebo, quandoquidem modus à lege præscriptus non observatur.

Tertio etiam fundamento eodem modo respondeo, & præterea addo non sufficere ad tollendam clandestinitatem, quod parochus se informet alias, proventus, si subest aliquod impedimentum: nam etsi hoc faciat (quod forte sæpe omittit) adhuc non adimplebit formam præceptam à Concilio, quamvis non necessarium ad valorem matrimonij.

Quando autem ex iusta causa vna tantum monitio præcessit vel omnes remissa fuerint arbitrio & licentia ordinarij, dum tamen potius fiant, existimo non esse matrimonium clandestinum, ac per consequens non habere locum hoc casu nostram legem.

SVMARIA.

- 1 Lex 2. tit. 1. lib. 5. Nova Collect. Reg. & similes imponentes penas famulis contrahentibus matrimonium cum filibus vel consanguineis dominorum suorum absque eorum consensu, quibus inferuntur, & ob id permissos esse filias exheredari, an procedant hodie attento iure canonico, & sacri Concil. Trid. decreto 1. de reform. matrim. sess. 24. & nu. sequenti. vbi resoluitur negatiue.
- 2 Filia turpis & ignobili viro nubens, etiam ante 25. ann. ætatis suæ iure canonico exheredari non potest à patre.
- 3 Soror contrahens matrimonium citra consensum fratrum, sub quorum custodia erat, & ad quorum curam spectabat tam matrimonium collocare, non privatur parentum hereditate aduersus Mench.
- 4 Successiones quo iure sint inducitur.

L. 2. tit. 1. lib. 5. Novæ Collect. Reg.

QVÆSTIO V.

Quæritur ac dubitari consuevit circa hæc l. 2. tit. 1. lib. 5. Nova Collectio. Reg. & similes, imponentes penas famulis contrahentibus matrimonium cum filiabus vel consanguineis dominorum suorum, absque ipsorum consensu, quibus inferuntur, insuper & permissos huiusmodi filias ob id posse à parentibus exheredari; an procedant & sint seruandæ attento iure canonico, & sacri Concilij Trident. decreto 1. de

reformatione matrim. sessio. 24. vbi damnat eos, qui falso affirmant, matrimonia à filijs familias sine cõsensu patrum contracta, irrita esse, & parentes iata vel irrita facere posse: Quod iure canonico antiquo quoque probauerat latè Doct. Covar. in 4. n. 2. p. cap. 3. s. 3. n. 10. 2. 3. & 4. resolvens hæc esse receptissimam sententiã.

Et partem 1. affirmatiuam tueritur plures tum antiqui, tum etiam moderni Hispani: Negatiua tamen vterior & receptor est, vt latissime in præfatis probauit Ioan. Matien. in gl. 4. per totam, præcipue n. 2. & 4. quam etiam sequitur Specul. consueg. 3. p. art. 20. vers. ad omnes leges pag. 651.

Quam sententiam vltra ipsos confirmat: nam penæ imposiæ à iure ciuili nubenti infra. annum luctus, sunt etiam sublatae per dictum Apostoli. ad Corinth. 9. transiæ in cap. si. de secunda. nupt. vbi habetur, Mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri, nubat in Domino, cui vult: idque merito propter summam libertatem in matrimonijs requisita, vt probauit late Doct. Covar. in 4. 2. p. c. 1. s. 9. n. 4. approbat in l. 3. in prin. tit. 12. par. 4. vbi Greg. in gl. Falsa vn anno, id adnotauit, testatus hæc esse communem opin. idemque cauetur in l. 3. infra proxima. Ergo ita & eodem modo penæ nostræ l. & similia sublata censentur à iure canonicos quia impediunt matrimonij libertatem.

Præterea & secundo confirmatur hæc pars, quoniã hic cessant omnes rationes adductæ supra. n. 1. quæ in vno lib. 2. pro conseruatione l. 1. sup. hoc tit. vbi resoluvi, ideo eam valere atque esse seruandam, quoniam procedit adiungendo ius canonicũ & addendo penas contrahentibus matrimonium clandestinum: at præfens lex secunda & similes, hoc nõ faciunt, imo directo contrariae sunt juris canonici dispositioni, quam loquatur & procedant eo casu, quo matrimoniu celebratur feruatis seuandis requisitis à iure canonico, pro valore & solemnitate matrimonij, sed adhuc puniant cõtrahentes propter offensam dominis & parentibus factam (hoc est) Por la iniuria de facerõ poco respeto que sienen a sus señores y padres, y por la ignominia que dello se les sigue. Quod licet alias legitime puniri possit, sed ratione matrimonij & ne ipsi impediatur, dissimulãdũ est potius siquidem hoc fieri debet, quam matrimonij libertate impedire: ac si proinde filia turpis & ignobili viro nubens, etiã ante 25. annũ, exheredari non possit, attento eodem iure canonico, ex sententia Imol. & Alex. in l. 1. n. 23. ff. solut. matr. Jus in aub. si poss. C. de inoff. testam. Covar. vbi supra. nu. 1. vbi testatur esse hæc communem opin. & respondet text. in d. aub. si poss. quæ à contrario sensu videbatur aliud probare, item ad ll. Regias contrarium probantes, idem Covar. in eod. lib. 4. 2. par. cap. 6. in fine principij: quam sententiam testatur communem, non solum attento iure canonico, sed etiam veriore de iure ciuili, Roder. Suar. in l. 2. for. tit. de los casamientos, vers. in quantum illa ll. & ita est tenendum quamvis gl. & alij relati per Matien. d. gl. 4. n. 3. contrarium velint, nempe partem post exheredare filiam nubentem sine ipsius voluntate ante 25. annum ætatis suæ: quod & tenuit Soto in 4. d. ff. 29. q. 1. art. 4. pag. 159. col. 1. (loquitur tamen in filia clam nubente contra parentum voluntatum) sed communem probat Matien. vbi supra. d. n. 3. & nos quoque probauimus in d. 1. q. huius 2. lib. n. 2. 11. & 12.

Quare hæc l. 2. & similes non procedere attento iure canonico, recte tenendum est: quamvis Mench. lib. 1. de success. c. 10. n. 643. & sequenti, existimaverit, valere hæc ll. respectu exheredationis bonorum nõ delatorum, secus vero bonor. parentũ iam quaesitorũ: quia privatio eius, quod jam nostrum erat mera penæ est, quæ huiusmodi matrimonij licitis de iure canonico & diuino imminere non debet ex mente & sententia

